

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Stockmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman  
Medicinae Doctor & Professor, Ad Exequias, Quas ... Virgini Annae Catharinæ  
Viereggen/ Parentes moestissimi hodie ... paratas cupiunt, Omnes literariae  
Reipubliace Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777373556>

Druck    Freier  Zugang



**S**tockman, J.,

**in A. C. Vieregg.**

Rostock. 1649.

21.







# PROGRAMMA Quod Rector Universitatis Rostochiensis **JOACHIMUS STOCKMAN**

Medicinæ Doctor & Professor,

*AD EXEQUIAS,*

*Quas*

*Nobilissima & virtutum splendore  
Ornatissima Virgini*

## ANNÆ CATHARINÆ

*Diereggen /*

Parentes mœstissimi

hodie ad horam 1. Pomeridianam in templo Nicolai-  
tano paratas cupiunt.

*Omnes literaria Reipublica & Civis obseruantur, officiose  
& per amanter invitati.*



**ROSTOCHII,**

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. 1649.

ГРОГАРІЯ  
Богородиції та землі  
ІОАКІМІСТОДКМАН  
Михаїла Богородиції  
Іоанна Крестителя

ЕУАНТА ГЕИНА  
Димитрія

Печеїс мостії  
Полтавські мостії  
Полтавські мостії  
Одеса



ІОАКІМІСТОДКМАН  
Іоанна Крестителя



Roh! Quanta in-  
dies oculis nostris ob-  
versatur rerum vicis-  
titudo, mutabilitas &  
inconstantia; sive quæ  
supra nos, sive quæ  
ante pedes sunt, spe-  
ctemus. MODò hilari  
facie ridet æther, modò tristem exhibet vul-  
tum, modò coruscis Sol splendet radiis, mo-  
dò atris involvitur nebulis, modò serena, mo-  
dò opaca nox est, & micantibus astrorum  
emblematis picta conspiciuntur Cœli la-  
quearia, vel nulli scintillant, & unâ omnes in  
obscuro latent stellarum igniculi, Quod si vel  
solam præsentem autumni tempestatem  
consideremus & priores simul in memoriam  
revocemus amænas veris, fertilesq; æstatis  
horas, proh! Quanta rerum deprehenditur  
vicissitudo, mutabilitas & inconstantia!  
Primo vere quis non gaudet amica aëris cle-  
mentia, cum jam herbescente nova viridita-

A 2

te

te induitur tellus, & μηδέ τιλαστίνεται, pulcherrimi omnis generis flosculi passim resuntur, Quorum multi calice, multi gemma, multi vagina emergunt, partim aureo, partim argenteo, partim cæruleo, partim purpureo, partim alio non minus grato colore conspicui, adeoq; revera pulcherrimi flosculi, magna voluptate nostrum aspectum remunerantes. Sed ubi nunc verna illa aeris benignitas? ubi nunc optatissima illa florum progenies? ubi nunc qui nostros oculos tantâ amænitate pascebant, Martiæ Violæ, tulipæ, Narcissi, Hyacinthi? ubi qui hortos egregie decorabant Junonis lacte perfusa lilia, venoris sanguine tinctæ rosæ, ubi tot & tantæ nostræ deliciæ? Quin imo si quid adhuc superest rarioribus in foliis ornamenti, frigoris afflatu emoritur, & spe citius collabascit. Sed quid dicis? Quid mihi cum ætheris, solis, stellarum, soliorum & florum mutabilitate? audi sis ô homo Homericum carmen, quo Pyrrhonem academicum peculiariter deletatum fuisse legimus:

οὐ περ φύλων γενέταις τάπεις οὐδὲ ἀνθρώπων  
φύλα τὰ μὴ τὸν ἄνεμον χαράδρις χειτάλλα δεῖ.

Θηλυτόων φύει, εἰς τὸν δὲ ὅπλον γνητεῖ ὥρη.

Tale

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum,

Quorum hac ventus humi fundit, rursum illa  
virescens

Profert sylva, simul veris jam afflaverit Hora.

Sicut Poëta eleganter arborum foliis, ita nescio, annon elegantius hominem caducis sacræ literæ comparent flosculis, cum interprete Buchanano Psal. 103. ita loquuntur:

Homo

Instar est floris Tyrio comantis

Murice, ut vultu modicè sereno

Risit, afflatu tepidi repente

concidit austri.

Quin etiam

Poma ut in arboribus pendent, sic corpora nostra aut maturo cadunt, aut citò acerba ruunt.

Præter hæc, o quām multa passim occurunt de humana fragilitate Sophorum monita!

Naturæ genium Aristotelem si interrogabis,  
πέτιον ἀνθρώπος; Quid sit Homo? Respondebit scio:

ἀδερέας ὑπόδαιμον, imbecillitatis Exemplar,

παιδὸς λάθυρον, Temporis spolium,

τύχης παιγνιον, Fortunæ ludibrium.

μεταπλώσεως ἔκκλιν, Mutabilitatis Imago,

Φθόνος καὶ συμφορῆς τλάτηξ. Invidiæ & calamitatis trutina,

A 3

τέοδε λειπόν, φλέγμα καὶ χολὴ & ulterius nihil præ-  
terquam phlegma & cholera.

Aristoteli, Æschilus, Sophocles, Pindarus &c.  
plena cera subscribunt, hominemq; πυρόλυ-  
να καπνόν σκιάν ἀδεν τὸ αἷλον ἐδωλον εἰσῆμεν esse;  
Et sanè si quid sumus, umbræ sumi, Sominia  
Umbræ sumus, Lucernæ vento expositæ,  
Bullæ, quarum aliæ simul atq; natæ sunt, pro-  
tinus evanescunt, aliæ paulo diutius durant,  
omnes brevibus intervallis sibi invicem  
succedentes. Et quidni fragilis admodum  
conditionis homo dicatur? Vide sis alius a-  
cini granum glutiens suffocatur, alium epo-  
tus cum lacte pilus, mica panis, musca stran-  
gulat, alium aquilæ unguibus elapsa testu-  
do, decidens recto stiria, fulmen, percutie,  
Luxuriosos interimit intemperantia, absti-  
nentes frugalitas, Industrij vigiliis, ignavisi-  
tu otioq; tabem contrahunt, nonnullos pe-  
natum suorum, nonullos templorum sepe  
lit ruina, multos venena, naufragia, bella, ter-  
ræ motus, & qui mille sunt diversarum par-  
tiū corporis morbi è medio tollunt, ali-  
quando si qui dolore fletuq; non potuerunt,  
gaudio risuq; emoriuntur.

Sed quomodo hæc nostro instituto sine  
ingrata prolixitate accommodari poterunt  
omnia?

S A N E

SANE, diei instar sere ni quæ lætiorem  
haec tenus faciem exhibuit nobilissima Vier-  
eggiana Domus & jam tristitiae, luctusq; in-  
volvitur nebulis, non incommodè cum-  
illuni & tenebrosa nocte comparari possit.  
Et quæ tanti luctus causa est p. d. Nobiliss. vir-  
go, cum ipsa Luna, laborante & deliqui-  
um paciente, siquidem dum vixit, o *utinam*  
*bodienum vivet!* in Nobilissimarum virgi-  
num choro non aliter splenduit, quam inter  
stellas luna minores, vel inter errantes syde-  
rum igniculos lucidissimus Veneris ocellus.  
Quin etiam, Eadē elegantiori cuivis flosculo  
comparari poterit, sive ROSÆ de quâ Poëta:

*Rosa honor decusq; florum,*

*Rosa cura amorq; Veris*

*Rosa calitum voluptas.*

Sanè, Rosa fuit p. d nostra ANNA CATHA-  
RINA Nobiliss. & hæreditaria Mareschalla-  
tus dignitate præfulgidæ hujus provinciæ  
VierEggiorum familiæ honor & decus, pa-  
rentum unica cura, amor & voluptas, sive LI-  
LIO; sanè lillum fuit, Et quidni? si lilij nomen  
cuivis elegantiori & amabiliori flosculo tri-  
buitur; Quidni attribuetur amabilissimæ vir-  
gini, Ecce! Lilium regiâ proceritate in exi-  
mum caulem adsurgit, flosculisq; non paucis  
ornatur

ornatur ebore candidioribus, foris pulchrè  
striatis & ab angustia in latitudinem paula-  
tim sese laxantibus, effigie calathi, resupinis  
per ambitum labris tenuiꝝ; filo stantibus in  
medio crocis; atq; ita lilyum admirandæ pul-  
chritudinis Flos est. Nec nostra A. C. quoti-  
dianæ formæ virgo fuit, nec sine variarumvir-  
tutū ornatu. In lilio septem crocea quæ dixi-  
mus grana maxime splendent non minus in  
Nostra ANNA CATHARINA splenduerunt  
septem insigniores virtutes; Pietas, probitas,  
modestia, castitas, humanitas, humilitas, Be-  
neficiencia. Sed quid ulterius? quod dicam?  
o utinam meliora dicere possem! Com-  
munem flosculorum sortem experta est A.  
C. brevis ævi, vitam cum morte, quin po-  
tius mortem cum vita commutavit, siquidem in Paradisiacos hortos translata est, ubi  
vita sine morte, dies sine nocte, gaudium sine  
mœrore, tranquillitas sine labore, rectitudo  
sine perversitate, pulchritudo sine deformi-  
tate, veritas sine falsitate, charitas sine invidia,  
felicitas sine miseria. Non igitur est quod tan-  
topere doleatis Mœstissimi parentes, parci-  
te lacrymis, & quæ vestra est Eximia pietas &  
prudentia, æquo animo humanos casus to-  
lerate, & patienti animo cogitate Filiam  
quam

quam vobis educandam commiserat, Deum  
repetuisse non abstulisse, cogitate mortem  
æquè ad juvenculás pertinere, quām senio  
confectas matronas, non esse eundem ordi-  
nem fati, qui est ætatis, modo matura, modo  
imatura, modo ex plebeia domo duci funera,  
modo ex regia. Cogitate, Nos omnes ad hoc  
sacramentū adactos esse FERRE MORTA-  
LIA nec perturbari ijs, quæ vitare nostræ non  
est potestatis. Itemq; Deo parere summā esse  
libertatem. sed quid Ego tibi quid suggero  
vir Nobilissime? ex cuius ore sæpius hæc audi-  
vi vel hisce similia. Nunquam Ego fortunæ  
creddi, etiamsi videatur pacem agere, & quæ  
in me Indulgentissime contulit Bona, eò lo-  
co posita semper habui omnia, unde sine mo-  
tu meo repeti possent. Scivi jam ante, usum  
fructū tantum esse meum, cuius tempus ipse  
arbiter muneric sui moderaretur. Scivi in-  
quemlibet diem, quæ data erant, reposcen-  
da, semper in promptu habenda fuisse, & si-  
ne querela creditori reddenda, quocunq;  
momento debitorem appellaret.

Cæterum ad Lectorem rursus me conver-  
tam, necesse est.

Nata p. d. Nobilissima Virgo ANNA CA-  
THARINA VIEREGGEN, in prædio

B

Bor.

Barthelsiorff anno 1633. 16. Octobris hora  
pomeridiana 3. & ejusdem mensis die 24 per  
lavacrum regenerationis ecclesiæ inserta  
est, à quo tempore in pietate & Nobilissi-  
mum suum genus amplius exornantibus  
virtutibus, pulcherrimi instar flosculi succe-  
vit, usq; ad annum 1649. quo, die 2. Septem-  
bris gravissimo in Intestinis suborto, &  
medicorum præsidiis inexpugnabili morbo  
correpta, 17. d. ejusdem mensis (cum triduo  
ante charissimæ sorori MAGDALENÆ  
SOPHIÆ, Nobiliss. & strenuissimi viri  
GOTTHARDI Vogelsangs/ conjugi dulcissi-  
mæ eam lecto affixam invisenti, cum lacry-  
mis & osculis ultimum Vale dixisset,)  
Inter preces, amplexus, & fletus parentum,  
In præsentia geminorum Medicinæ Docto-  
rum, & verbi divini Ministri, piè admodum  
placideq; admirando cum desiderio vita cæ-  
lestis animam Deo commendavit & simul  
exspiravit.

Parentem p. d. Nobilissima virgo habuit  
virum Nobilissimum, Amplissimum & ma-  
xime strenuum Dn. CASPARUM VYER-  
EGGEN/ Ducatus Sverinensis Mareschal-  
lum, & Reip Rostochiensis Consulem, virtu-  
tum & prudentiæ ornamenti conspicuum,

Avum

Avum paternum ROBERTUM, Proavum  
CHRISTOPHORUM, Abavum JOACHI-  
MUM omnes in Benitz & Weitendorff heredi-  
tarios, & per antiquâ & ultra 500. annos apud  
nos Nobilissima VIEREGGIORUM prosa-  
pia prognatos, Aviam paternam p. d. habuit  
RACHELEM ex nobili familia de Kalden in  
Rey / Proaviam ELISABETHAM ex LUT-  
ZOVIORUM familia in Lutzow & Seedorff/  
Abaviam ex LEVITZOVIORUM familia o-  
riundas. Ad maternum stemma quod attinet,  
matrem habuit LUCIA M Welzins/ fœni-  
nam nobilissimam, pietate & matronaliu[m]  
virtutem splendore conspicuam, Avum, Pro-  
Avum & Abavum Weltzinios omnes, dum  
viverent in Weisn hereditarios, Maternam  
aviam habuit MARGARETAM Warnstet-  
ten ex MELCHIORE Warnstetten in Fres-  
dorff solim hereditario natam, proavia ELISA-  
BETHAM von der Lühe / OTTONIS von der  
Lühe / in Buttelfow & Buschemüle hereditarii  
filiam, Abaviam, ex Rhodiorum in Newen-  
hausz / Ataviam ex Halberstadiorū nobilibus  
familiis progenitam. Ex his Nobilissimis pa-  
rentibus & generosis Majoribus originem  
traxit p d Nobilissima virgo, cuius Beatæ a-  
nimæ exuvias hodie hora 1. terræ matri so-  
lemnî-

lemniter reddere quia constituerunt mœstissimi parentes, In solatium eorum, in honorem tot Nobilissimarum familiarum, in obsequium magistratus, Dnn, Professores, Doctores, verbi divini ministros, liberalium artium Magistros, Nobilissimos & Doctissimos Studiosos, ut ad dictam horam i, in templo Mariano convenire velint, & frequenti præsentia funeris deductionem cohonestare, officiosè & per amanter invito, Excitet in animis nostris præsens funus communis Morralitatis memoriam & sacra ædes de precibus pro communi salute sèpius ingeminandis nos admoneat.

*P. P. Sub sigillo Rectioratus,  
Anno M. DC. XXXIX.  
XIV. Novembris.*

*Conventus fiet in Aede B. Virginis Sacra,  
Horâ primâ pomeridianâ.*



*Quam*









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777373556/phys\\_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777373556/phys_0020)



**W**as hör ich hat doch Anna-Tri  
 Leben/  
 Der strengen Todesmacht so plässl  
 Du Adeliches Bild/du deines Standes  
 Wo sind die Gaben die der Himmel dir ve  
 Wo ist dein freundlich seyn / dein angenehme  
 Wodurch du pflegtest dir/ die Leute günstig  
 Kan nicht die Gottes-furcht und die Gesch  
 Dem Tode nehmen weg des Stachels/H  
 Ach nein: dñ hilft hic nicht/ wen dieses könne  
 So würden wir gewiß sie auch noch lebend seh  
 Den ja dir Freundlichkeit und schöner Gab  
 So bey ihr/ tausend tausend nicht zu gleich  
 Wie sie die Gottes-furcht von Kindesbein ha  
 Und sich die ganze Zeit mit Fleiß darin geübt  
 Zeuge selbst das Gottes-haus/ ist frommen  
 Weil man sie selten wo/dann in der Kirch  
 Ich geb ihr dñ Gezeugniß auch/dan da wir b  
 Zur Stuben pflegten gehn / war ihre höchste  
 Wan sie nur beten solt. Dñ sie so würdig  
 Daz sie Sybillens zeit solt haben zugebr  
 Nun aber ist der Todt ihr bald entgegen kom  
 In ihrer Rosen-blüth auf dieser Welt genom  
 Die/derer Augen wir ixt schen zugedruckt  
 Und uns mit Freundlichkeit so offt hat ange  
 Drumb Vater/Freunde wer ihr seyd/last E  
 Und hebet mit mir an/ die Leiche zu begießen  
 Die weisse Lilie/ der Spiegel aller Tugend  
 Nicht vor uns abgemeet/in ihrer besten Ju  
 Herr Breugam seuffzet mit/ ihr habt nun mi  
 Das schöne Tugend/bild/das euch zur Eh' er

